

quatenus in hoc loco sepedicti fundatoris nostri memoria perpetuo habeatur ita, quod in die sancte Prisce, si non fuerit sabbatum vel dominicus dies, dictis vesperis vigilie *Redemptor* cum compulsatione omnium signorum in choro percantentur, et in crastino prior missa in summo altari cum tractu *Sicut cervus* accensis quinque lampadibus cum debita diligentia celebretur. Et quia conventum nostrum continget in hoc laborare, constituimus, quatenus eo die pulcrum servitium, quale pro marca argenti vel duobus talentis comparari poterit, eis detur. Cuius marce VI solidos assignamus de domo sita Erfordie prope facientes funes persolvendos in festis¹ natalis Domini et sancte Walpurgis, que domus vacavit abbacie nostre ex obitu Rudigeri quondam de Bezzenic civis Erfordensis, quam etiam finaliter resignavimus² coram conventu nostro officio cene nostre. Insuper talentum denariorum in duobus mansis cellerarie nostre sitis Biltirsleiben, quos possidet Thidericus filius quondam Osterlindis ibidem, et decem solidos de camera nostra, quos annuatim solvet Heinricus de Arnsberg civis Erfordensis de manso sito Biltersleiben; quos tres mansos ad voluntatem totius conventus nostri a predictis officiatis resignatos assignavimus et commendavimus cenario nostro ad usus predicti anniversarii perpetuo colligendos. Ne igitur hoc statutum nostrum ad honorem Dei et honestatem ecclesie nostre salubriter promulgatum a nullo³ presentium vel futurorum valeat ausu temerario retractari vel etiam studio malignantis ingenii violari, sub interminatione anatematis districtius inhibemus. Quod si quis instinctu dyaboli seductus presumpserit huic statuto nostro pertinaciter contraire vel ipsum aliququaliter infirmare, sciat se de libro vite delendum et in tremendo magni iudicii die animadversione districti iudicis ferendum. Testes huius rei sunt: Hermannus prior, Helwicus subprior⁴, Witelo cantor, Wernherus cellerarius, Heinricus

1) 'fest.' Hs. 2) 'resig^m' (resignamus) Hs. 3) So (n^o) Hs.

4) Dieser war wahrscheinlich derselbe Mann, welcher die Helwig-Hs. von 1266 schreiben liess. Vgl. N. A. XXII, 508 ff. Doch ist das nicht sicher, da in dem Verzeichnis der Mönche des Petersberges von 1266 zwei Helwic erscheinen (N. A. XXII, 518). Auf Grund dieser Urkunde hat schon Joh. Kircher zwei dieser Helwig in seiner Nekrologhs. (vgl. N. A. XXII, 525 ff.) für identisch gehalten, indem er f. 8' schrieb: 'Helwicus quondam supprior vixit 1265, moritur 9. Iunii', den Helwic von 1266 aber nicht aufnahm. Vorher geht bei ihm: 'Helwicus quondam prior vixit 1249, moritur 24. Septemb.' Und am Rande hat er ergänzt: 'Helwicus secundo vixit custos 1249, moritur die 3. Aprilis'. Die Todes-